



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

**Illvstri Regi Armeniorum.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

# 510 Epistolarum Innocentij III.

## ILLVSTRI REGI Armeniorum.

*Epif. 259.  
Vt Castrum  
Gaston Tem-  
plaris resti-  
tuat.*

*Vide infra lib.  
12. epif. 45.*

**C**VM ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, materialem acceperis gladium, non in domesticos fidei sed hostes crucis portius exerendum, & nuper per Dei gratiam instituta receperis apostolicæ sedis, & promiseris observare, non credimus quod in exaudiendis precibus nostris te velis difficultem exhibere, præsertim cum id perimus quod ad pacem pertinet & respicit honestatem, & cum Christianorum commodo in Sarracenorum dispendium redundabit. Ad audientiam siquidem apostolatus nostri pervenit quod cum castrum quod Gaston dicitur, ad domum Militiaæ Templi de jure pertineat, & fratres ejusdem domus illud olim possederint sine lite, tempore invasionis terræ orientalis ipsum Sarraceni per violenciam occuparunt: quod cum dimisissent postmodum metu Regum qui ad partes transfretaverant transmarinas, tu illud habitatore vacuum & custode intraisti, & quasi liberatum de manibus pagano-rum adhuc detines velut tuum. Cumque dilecti filii Magister & fratres Militiaæ Templi cum nuntiis venerabilis fratris nostri Patriarchæ & illustris Principis Antiochenensis, Tripolitanensis Comitis, & totius Antiochenensis communia supplicassent ut castrum ipsum Templaris resigneas, tu Patriarcham ipsum & Principem ad communia colloquium civavisti, promittens per nuntios & litteras tuas quod super facto castelli secundum eorum consilium procedere non tardares, quod non solum, cum ad colloquium ventum esset, noluisti juxta tenorem factæ promissionis implere; immo, sicut dicitur, quorundam seductus consilio, quod illud in gravamen Antiochiae retineres, quod vix credimus, respondisti. Cumque postmodum nuntius tuus ad Romanam Ecclesiam accessisset, castrum ipsum Milonis quondam avunculi tui fuisse proposuit, & te illud de Sarracenorum manibus liberasse, ac respondisse fratribus Militiaæ Templi te impotentiibus super hoc, quod ipsis coram nobis justitiam exhiberes. Propter quod idem nuntius supplicabat ut nihil contra te non commonitorum statuere curaremus. Cum igitur nostræ intentionis existente, sicut carissimum Ecclesiæ filium &

Regem catholicum, honorare, cum & credamus quod simplices preces nostras velis efficaciter exaudire, serenitatem regiam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatenus divinæ retributionis obtentu, ob reverentiam apostolicæ sedis & nostram, castrum ipsum fratribus Militiaæ Templi sine difficultate restituas, & permittas ab eis pacifice possideri, nec eos super ipso vel aliis ad eos pertinentibus inquietes. Nos enim, si super ipso castro vel aliis adversus eos aliquid proponere volueris questionis, in præsencia nostra vel Legatorum nostrorum, qui dante Domino in proximo transfretabunt, tibi faciemus justitiae plenitudinem exhiberi, dummodo super his quæ ipsi duxerint propoundeda paratus sis eis facere rationem.

**P R I O R I S A N C T I V I C T O R I S,**  
*Magistris L. Bononien. & Verto  
Modicen. Canonicis.*

**L**Icet Heli Summus Sacerdos in se Epif. 260.  
ipso bonus existeret, quia tamen De criminibus  
filiorum excessus efficaciter non corrumpit, & in se pariter & in ipsis animadversionis divinæ vindictam exceptit, dum & purgatione  
filiis ejus in bello peremptis, ipse de sella Abbatis Pomposiani.  
corruens confractis cervicibus expiravit. Cap. Licet  
Ad corrigendos ergo subditorum excessus tanto diligenter debet Prælatus as-surgere, quanto damnabilius correctio-nem eorum negligeret: contra quos (ut de notoriis excessibus taceatur) etsi tribus modis procedere possit, per accusacionem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum; ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denuntiationem carita-tiva correctio, & inquisitionem clamosa debet insinuatio prævenire. *Descendam* (inquit Dominus) & videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere jam compleverint. Tunc enim clamor pervenit ad Prælatum, cum per publicam famam aut insinuationem frequentem subditorum sibi referuntur excessus; & tunc debet descendere & videre, id est, mittere & inquirere utrum clamorem veritas comitetur. Nam juxta canonicas sanctio-nes, si quid de quocunque Clerico ad aures Prælati pervenerit, quod eum justè possit offendere, non facile credere debet, nec ad vindictam eum res accen-dere debet incognita, sed coram Ec-